



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XIX. Sancti Patris Benedicti. M.XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

ipsum vocat: *Virum gemina polleant scientia, Vita & doctrina, & vere Sanctum Patrem &c.*

Is tantâ sedulitate promotum etiam apud Moniales Reformationis saluberrimum propositum, voluit, ut in eundem finem, sapientissima statuta conderet, eaque Monialibus transmitteret, & sollicitè commendaret.

Robertus de Lenoncour fautor Ord.

Ven. Jaqueline de Grandi-Prato Abbat.

Nec minus in hoc ipso Robertus de Lenoncour Archiepiscopus Remensis, Galliae Dux & Par, idemque sanctae Rom. Ecclesiae Cardinalis laboravit, & ad tantum opus Beatæ memoriæ Jaqueline Domina de Grandi-Prato, prædicti Monasterij S. Petri Remensis meritißima Abbatissâ se se ultro obtulit, & impetratâ ab Archiepiscopo Cardinale licentiâ, ad ferventißimum sacro rigore & novo Reformationis fervore Monmartanum Canobium, tanquam novitia Tyruncula sese consultit, & per decem & octo menses ibidem commorata, hocque anno ad Canobium suum reversa, exemplar omnibus perfectæ disciplinæ facta, non solum sibi creditas omnes ad solidum perfectionis studium accendit, sed percrebescente quamprimum tam sanctæ Reformationis famâ, Canobia longè latèque plurima ad pares conatus concitavit, ut quo magis Hæreses paulatim serperent, tanto magis licentia hominum, sacro infirmissimi sexus robore in tam rigido proposito, confunderetur, pluribus deinceps inter immensas Hæreticorum injurias Generositatem suam tantopere probantibus, sanctoque nihilominus proposito insistentibus, ut privitivæ Ecclesiae Martyribus meritißimo jure possint & debeant accenseri. *Ex monumentis S. Petri Remensis, & R. P. Amando Triboni Prioris Deraensis.*

Terror sanctorum Virginum.

Jgens Virorum sanctißimorum nec non doctißimorum, in Congregatione nostra Montferratenßi & Vallisoletana numerus, & mirandum sanè ac penè incredibile videretur, si præsulum in hac Reformatione tam nova hoc ipso anno viventium Syllabum pertexeremus, ita cum rariore vitæ sanctitate, omnes omnino litteris sacris atque humanis exercitatißimi, eruditionem conjungere. In solo revera Montferratenßi Archisterio, quamvis vix esset, qui sancti viri no-

Montiffey. vi & Vallisoletani.

mine atque fama non celebrareretur, excelluit tamen ante alios Beatæ memoriæ Frater Petrus Munoz, dignißimus Gaspar de Cisneros Succesor in tanti tanque Dei paræ chari regimine Canobij; idem strenuus novi rigoris, imo potius restitutæ veteris disciplinæ propagator. Mariani cultus & devotionis promotor ferventißimus, ejus utinam gloriolißima vitæ gesta, ut & aliorum ejusdem Collegarum pro ædificatione & salutari posterorum exemplo, Patres Montferratenßes in lucem proferri paterentur! Nec minore commendatione digni in eodem Archisterio RR. FF. Franciscus de Turre, Petrus de Burgos, Joannes de Bartholina, de quorum singulorum Vitæ rationibus, anni integri non solum, sed tota volumina implenda essent, atque utinam à nobis toties interpellati, tanto post annuerent prædicti Patres, ut quod suo nolunt calamo, juxta illud Proverbiorum cap. 27. *Laudet se alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua;* alieno saltem, absque jactantia fieri consentirent.

Ipsò anno hoc rursùm è nostris sibi Episcopum Galli expetunt, & pro vitæ meritis ex Canobio S. Benigni Divionensis extrahunt Renatum de Breschia Constantienses in Normannia cathedrales Canonici, cathedraeque suæ imponunt, Pontificem per omnia dignum etiam à posteris celebrari. *Videantur memm. Canoby Benigniani Divionensis, Claud. Rob. &c.*

V. Petrus Munoz Abbas.

Franciscus de Turre.

Petrus de Burgos MonMoutser.

Renatus de Breschia Episc. Constantiensis.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XIX. Sancti Patris Benedicti. M.XXXIX.

Miranda exactißimæ Regularis Observantiæ exempla, à diversis Benedictini Ordinis Congregationibus & Reformationibus, Camaldulensi, Caestina, Sylvestrina, Vallisoletana, Montferratenßi, S. Justinae, Casinensi, Bursfeldensi, toti mundo præferuntur, ut nullo unquam sæculo, tot restitutæ, atque ad primævum fervorem revocatæ sacrae Dei Familiae legantur; sed insolentis, & stupendi potius quam imitandi exempli, ob sacrum rigorem celebrandi nunc aliqui forent, tam ex Hispanijs quam Gallijs & Italia, & ex Camaldulensi potißimum & Vallumbrosana familijs: cuius postremæ vel unum saltem liceat dome-

H

dome.

domesticum, producere, sive potius nominare, hoc ipso anno, post feliciter in Religione summâ constantiâ traductam ætatem cœlo receptum, Beatum Homodeum patria Ariminensem, qui inter alia pœnitentiæ perpetuæ voluntaria tormenta, etiam hoc postremo sæculo, senex nonagenarius, Dominici nostri Loricati generositatem & patientiam, in perenni quasi Martyrio retulit, & quadraginta ipsos annos, absque omni remissione discalceatus incedens, catena ferrea nudum corpus præcinxit, intolerandisque sese jejunijs & vigilijs alijsque mortificationibus excrucians, quotidie victimam ultroneam Numini obtulit, hoc ipso anno die vicesima secunda Septembris ad requiem Beatitatis æternæ, & fortiter certantium incomparabilia præmia evocatus. *Ex monumentis Vallumbrosanis, & Menologio nostro.*

Sed & parcendum diversorum in Ecclesia ex Ordine nostro Pontificum, rerum gestarum descriptioni, quorum quo prior ætati nostræ gloria fuit, tanto facilius à quocunque indagari & resciri poterit. In quibus tamen vel maxime advertendum, sub regimine Regularium, nullo nimirum personæ & Nobilitatis contuitu, nedum ambitione lectorum, sed ob virtutem & eruditionem, violenter plerumque à Canonibus ad Episcopales Cathedras extractum, Episcopatus quoscunque quo ad vixerant, ab omni Hæresum infectione eximios extitisse, quod inter præcipua *Benedicti* nostri *Redivivi* observandum, memorandum, & merito celebrandum, uti & illud solerter attendentibus apparebit quàm manifestissimum: quod quamdiu penes Religiosos Pontifices & Episcopos Ecclesiæ regamen substitit, & qui ad Clavum iussæti sunt, munere se abdicare quàm præesse maluerunt, electioni reclamant, sese subdixerunt, nunquam tot Concilia celebrata, tot Hæreses in semine suffocatas, tot errores correctos, tot bona promota; ut innotescat, facillimè, quanta Ecclesiæ universa damna provenerint deinceps non ex ambitione sola & Simonia, sed indoctorum, inutilium, superborum, & pro solo partium studio, detestanda coelis terrisque facta electione, quod sæculum decimum

quartum & quintum, usque hodie ferventissimis lachrymis deploranda, sexcentis argumentis & demonstrationibus, imò infinitis exemplis dissolutæ passim disciplinæ, & crescentibus inde Cleri & sacrorum omnium contemptu & otijs, comprobantur.

Hoc ipso anno Illustrissimum sanè Sydus terris extinguitur cœlo oritur Eminentissimus S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis Presbyter Tituli sanctæ Anastasiæ Antonius Boherius, idem Bituricensis Archiepiscopus, Par Franciæ, de Regibus Regnòque amplissimo, deque Romano Pontifice & Ecclesiæ univèrsæ meritissimus, in omni sublimitate humillimus, in omni actione cautissimus & prudentissimus, in omni negotio dexterrimus, ab optimis quibusque à morte inconsolabiliter deploratus; sepultus in Ecclesiâ Metropolitana, cum hoc Epitaphio.

Antonius jacet hic Boërus, origine quondam

Arvernâ, eloquio vir meritisque gravis. A puero Monachus, claustris quam pluribus Abbas,

Dignus & hæc celebri Praesul in Urbe fuit.

Tempore non multo plures sortitus Honorës Cardineo tandem sœbmate clarus obiit.

Ipsum, per errorem, Ciaconius, & Arnoldus Duacensis, familia Prateni, sive de Prato editum voluere, cum certum sit, quòd patre Austremonio Barone, sed matre Berarda de Prato Antonij Cardinalis de Prato sorore fuerit editus. Fuit utrobique sollicitus & cum apud Ecclesiam suam esset, & cum Romæ summi momenti impeditus, negotijs, versari cogere, Vicarios Generales omni exceptione majores constituens, è quibus fuit Jacobus de Brolio Archidiaconus Bourbonij, & Joannes de Villiers Decanus. Ei Fiscani etiamnum & S. Audoeni lectissimo Abbati, atque Cancellario Normanniæ Eminentissimo dicavit, Eutropium suum Nicolaus Maillardus Rotomagensis. Idem de suis animi rationibus sollicitus, nequid pulveris caudâ & syrmate Archiepiscopalis & Cardinalitiæ purpuræ, expiandum, purgatricibus flammis secum traheret, redemit pro Ecclesiâ S. Radegundis Dominium, fundando Missam quotidianam, quæ ab ipso Cardinalis cognomi-

B. Homodeus Vallumbrosus obiit.

Rigor mirabilis vite.

Singulare Ordinis, Episcopatus regere.

Ecclesiæ Utilitas.

Seculi hujus præcipuum.

Antonius Boherius S. R. E.

Epitaphium

Ejusdem Familia

Ejus de anima propria cura.

nominatur. Decessit autem Bietis 27. Novembr. inde Bituriges transiatus. Ejus spectantur insignia in Aulæis Metropolitanæ Ecclesiæ, leo caruleus in campo aureo, cum hoc symbolo: *Virtuti parent omnia*, ut ex hoc ipso Principem agnoscas, & ex vita omni observans sui symboli memorem & observantem, Ejus successor Franciscus Bueilius fuit, cujus supra meminimus. *Claud. Rob. &c.*

Inter Olivetanos nostros, celebratur nunc ab insigni & profunda Cosmographia cognitione Ven. Pater Julianus Vannellus, cujus alia intermiræ Magnitudinis sphaera ab ipso confecta usque hodie in Montis Oliveti Archisterio cum admiratione inuentum omnium aservata. *Secundus Lancelottus.*

In Italia Casinates inter Ascetas excellunt præ alijs seriæ Reformationis sedulo satagentibus R. Pater Dominus Honoratus Hieronicensis ex familia Falcitella, Vir doctus & Poeta, insignis, ob virtutem atque eruditionem creatus Episcopus Insulanus in Calabria. In Hispanijs supra alios meritis se commendat Georgius de Melo ex Abbate Alcobaciensi Episcopus Guardiensis, ut plurimos alios subiticeamus. Moritur hoc anno Ven. P. Paulus Orlandinus 12. Novemb. *De quo uberius supra. Ao. 1512. egimus.*

IESU CHRISTI ANNUS. M. D. XX.
Sancti Patris Benedicti. M. XL.

Rursum quod admirabile omnino est, Luthero & Hæresiarchis multo numero varijs in Ecclesiam Dei insurgentibus, & Divinæ Legis jussu, atque sacrosancta verba, cum mutilantibus, tum ad suam libidinem & placita nequissime detorquentibus, in his ad amissim observandis, consilijs ulro amplectendis solliciti nostri, totos sese ex optimi Numinis beneplacitis accommodant & conformant, confurgitque aspirante Numine nova & strictissima. Ordinis Reformatio, Grottanorum, sive Montis Coronæ appellata; Congregatio usque hodie viris sanctissimis & meritis instructissima. Institutor ejusdem Beatus Paulus noster Justinianus Venetæ serenissimæ Republicæ & Patricij Ordinis sydus lucidissimum fuit, idem.

quem superius Camuldulensium strictissimæ observationis, restauratorem celebravimus. Is altiori & ferventiori desiderio accensus, totusque inflammatus, accumulando DEI gloriam, per sanctæ Camaldulensis solitaria Vitæ studium, litteras à sancta Sede Apostolica impetravit, ut ubique terrarum ipsam Camaldulensem Religionem, sibi plantare liceret, sicut ex Diplomate liquet, ipso hoc anno in curia Pontificis dato; sollicitus inde non tantum longè latèque sanctissimum illud propagare institutum, verum etiam strictiorem illam in Monasteria pridem extructa inducere Reformationem, incredibili totius cœli plautu, fructu maximo à tam sanctis exemplis in ipsos etiam sæculares homines redundante, plurimosque à precipitio revocante.

Habitavit autem Paulus primum, cum quodam Oliva Converso ad sancti Hieronymi de Pascialupo Dioceseos Eugubina, deinde apud Oppidum Massacium, quarundam speluncarum habitator factus, suæ Religionis & novæ Congregationis fundamenta jacens, quæ à speluncis & cryptis, quas Itali Grottas appellant, Grottanorum sive Montis Coronæ Eremitarum denominationem accepit. Ita invalescente apud sæculi filios Hæresium peste, Ordo noster, juventute renovatus Aquila, meritisque gravissimis atque virtutibus adolefcens, sanctioris vitæ exempla, ad confirmandos bonos, malos confundendos jugiter protulit, & multa mortalium millia rapuit in salutarem admirationem, movit ad reverentiam, commovit devotionem, traxit ad vitæ correctionem. *Ex Monumentis Montis Coronæ & scriptoribus rerum Camaldulensium.*

Lugent inconsolabili luctu Præsulem suum Georgium Dimipierium superioris Altaichij asceta & pio parenti parentant. Is humili natus genere, sed excelsio animo, cum Abbas creatus insignia sibi eligere moneretur, calvariam elegit, dignissimum Homine insigne, conducibili ad omnem aternitatem monumento, qui in omni actione illud præ Oculis haberet. Fuit vir Religiosissimus, & quia tot undique ingruerant periculolissimo tempore viro DEI adversa, Monasterio & Religiosis

Montis Coronæ stricta observatio.

Congregatione de Grottis.

Georg Abbat Altaberensis.

Symbolum ejusdem.

Honoratus Episcopus.

Georgius Episcopus Guardiensis.

Paulus Justinianus.